

seipsum novit, sibi aut auxilio esse potest petens auxilium; sed peccator nullam sibi fert opem. Plerumque animæ suæ mala non sentit: quomodo autem petat medicinam? Verum si tenemur ipsi corporalibus proximis necessitatibus optulari, tunc etiam cum non omni caret spe, & ille sibi valet adhuc solatia comparare: quo potiori jure tenemur subvenire necessitatibus animæ ejusdem, quam supeditas sua digniorem efficit miseratione. Heu! Largire, Domine, ut proximo meo succurrere potissimum valeam in malis, quorum dolore minus afficitur, & quæ nihilominus gravissima sunt; ut liberem illum a servitute Dæmonis, ut eum tibi reddam, qui illum sanguine tuo redemisti; da mihi omnia adminicula, ut illum in salutis viam valeam revocare. P. Segneri in Meditationibus.

Christianæ charitatis erga proximum officia.

Proximum diligere est illi animæ corporisque bona cupere, quemadmodum illa nobismetipsis desideramus: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ex hoc autem principio tria sequuntur; quæ ad observantiam præcepti Charitatis erga proximum pertinent. Non possumus propter amorem erga proximum indulgere eis, quæ iniuriam, & iniusta sunt; tunc enim hoc non esset amare, sed odisse; esset illi tantum malorum optare, quantum illi Dæmones cupiunt, infestissimi illius inimici, quoniam hoc esset animæ ejusdem interitum querere. Debemus proximo bona cupere illius quidem causa, non nostra. Cum igitur illum diligimus, vel propter voluptatem, quam ab illo percipimus in ejus consuetudine, vel propter utilitatem, qua fruimur in ejus commercio; si minus præceptum violamus, saltem non adimplemus. Tunc enim nostram voluptatem, nostramque utilitatem amamus; verbo, nosmetipsos diligimus, non illum, quem a Domino jubemur diligere: Diliges proximum tuum. Amare proximum hoc modo est, illum amare tanquam servum, quem non nisi propter nosmetipsos amamus. Dominus autem proximi vocabulo data opera utitur, ut intelligamus, sub hac qualitate, ac ratione nobis omnes homines esse diligendos, ideoque tanquam nobis æquales. Homo hic seu dives, seu pauper, seu iustus, seu peccator, seu civis, seu advena, seu amicus, seu inimicus, nihil interest, proximus nos est; quia eadem, ac nos obinet jura ad æternam hæreditatem, & hanc æque ac nos assequi potest. Unus hic titulus cum nobis parum facit, eique honorem proximi nostri ad tantulum usque concedit. P. Segneri.

Amorem proximi operibus debemus ostendere.

Proximum amare debemus, non autem voluntate languenti, infirma, inefficaci; non enim hoc esset illum amare tanquam nosmetipsos: tanquam te ipsum. Cum de te nostra agitur, fatiscit nobis est, desiderium frigidum ac sterile? Quo ardore ad ea ferimur, quæ nobis utilia esse arbitramur? Ita etiam nobis agendum est cum proximo nostro. Frustra nobismet blandimur, quasi charitatis præceptum observaverimus; quia nos non male erga proximum nostrum affectos sentimus: ut re ipsa servemus illud, opus est, ut intentio nostra sese operibus prodant. Idem.

Pancis Christiani hodie proximum amant, ut opus est.

Si de Fidelium factis juxta hos canones iudicium ferendum est, quotusquisque legem Charitatis erga proximum servat? Alii proximum inordinato amore diligunt, atque ita illum oderunt, cum illum sibi amare videntur. Alii proximum amore cupiditatis prosequuntur; ideoque non proximum, sed se ipsos diligunt. Plerique proximum complectuntur amore invalido, & inertis: nihil agunt, nulla in re sibi incommodare volunt, ne pedem quidem moverent, si hoc aliquo staret pretio, ut proximo gratificarentur. Igitur non diligunt illum tanquam se, videlicet ardent, & efficaciter; amant illum, tanquam ea, quæ in modico, vel etiam nullo habent in discrimine. Heu! ad quid hodie redigitur suavissima lex Charitatis erga proximum! paucissimi Christiani illum observant, ceteri eam traduntur. Attamen præceptum amoris proximi maximum est, ac præstantissimum omnium uno excepto amoris Dei, cuius est simile. P. Segneri in Meditationibus.

Si deest charitas erga proximum, virtutes aliæ eorum Deo pro nihilo habentur.

Quot mortales, qui pii videbantur, post sexcentas pietatis exercitationes, post dies suos in solitudine traductos, post bona vitæ, in proximi gratiam consumpta, manus vacuas habebunt mortis tempore, eo quod neglexerint se ipsos in christiana charitate persequere? Quid illis proderit corpus suum præsentis trivisse, in semet tantum exquisitè crudelitatis, quantum Tyranni in Mar-

tyres exercuerunt; si nequeunt fratrum suorum perfectiones, & imperfectiones sustinere? Gesio omnes cruceas meas iniquitate fortitudinis; nulla me deterret persecutio; læta inter adversa, quæ accidunt mihi; sed quæ aliis accidit prospera mihi dolorem cient, & aliena mihi negotium facessit felicitas: Nihil sum. Tota asserta virtus mea pro nihilo computatur. Gaudeo, pauperibus optulari; me ipsum humilior, meque ipsum haud æque contento, sed summo afficior gaudio cum aliis video humiliari: Nihil mihi prodest. Fallax hæc est pietatis species, hypocrisis est, nolite metiri pietatem vestram ex vestra charitate. Consilium hoc ipso temporis momento capite, ope divina gratia in christiana charitate excellendi; hoc est solum, vistandi, juvandi, in honore habendi pauperes tanquam fratres vestros, sed impotenter cum omnibus hominibus honeste, officio, leniterque versandi. Abjicite superbum hunc oris habitum, contumeliosa hæc verba, hunc vocis tonum iratum, hos mores duros; memento famulos, atque domesticos vestros esse fratres vestros; summa vobis cura sit res, atque existimatio aliorum. Proximum vestrum semper exultate, malis illius condolete, prosperitatibus ejusdem lætamini; habetote erga omnes charitatem beneficam, constantem, universalem; proprius amor vester, ut ita dicam, sit regula vestræ charitatis. P. Croiset in Aspetibus exercitiis. Tomo 2.

In quovis peccato agitur contra charitatem, quia hæc Dei Præcepta, non machaberis, non occides, non furum facies, & reliqua compendiose in hoc uno verbo continentur; diliges proximum tuum sicut te ipsum; legis enim complementum amor est. Proximus non amatur, nisi amatur Deus. Si igitur, qui postquam legi universæ paruit, uno tantum in apice violat illam, reus quasi eadem in omnibus violasset: hoc accidit, quia unum dumtaxat Legis præceptum violando operatur contra charitatem, a qua tota lex pendet, & sit omnium reus, cum lædit illud quod complectitur omnia. Tourneux in anno Christiano. Tomo 10.

Sine Charitate nulla virtus, nullus licet Religionis actus meritorius est, ac Deo placet. Si habueris prophetiam, & noveris mysteria omnia, & omnem scientiam; & si habueris omnem fidem &c. & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habueris, nihil mihi prodest. Vili sunt Christiani Heroes palmis, & laureis onusti jamjam immolandi, & nihilominus a Deo reprobat; eo quod cum fratribus suis in gratiam redire noluerunt. Nullum Deo acceptum est sacrificium, si charitas desit. Quid cogitandum est de assertis devotis illis, qui in corde servant pertinacem acrimoniam inter inanem operum bonorum fulgorem? Quid porro de Sacrorum Altarium ministris, qui Deo litare cum irato corde auderent? P. Croiset in Exercitiis pietatis, Tomo 5.

Charitas hodierna die non solum impetit; sed omnino fere extincta est. Raro in eis etiam invenitur, qui eandem familiam constituunt. Vifum ne utquam est plus negligentia, antipathia, minus charitatis? Si virtus hæc posita esset in verbis officiosis, in vanis observantiis oblationibus; non ita infrequens esset; nullum unquam sæculum officiosus fuit, elegantius, atque abundantius ostentationibus amicitia. Sed hodierna die, subdolis hic loquendi modis cognoscitur; commercium est simulationum, & mimicarum fictionum, & omnes ultra citroque eodem pignore certant. Sed revera hæc inanitas est dissimulatio, & hypocrisis. Horreamus vitium hoc adeo commune, & spiritui Christianæ religionis oppositum. Curemus veteram fovere erga fratres nostros charitatem, quocumque actu, vel dolo ipsi nobiscum urantur. Ne nimem excipiamus, atque omnibus in occasionibus id palam testemur. Vera Charitas semper veros fructus parit; in inanibus verbis tamen non est, ac sese per effecta prodit: Charitas servilis numquam vera Charitas fuit. P. Croiset, ibidem.

Charitas una generalis suggerit nobis rationes amandi omnes homines, ac nosmet ipsis subjicendi: Amor proprius efficit, ut eos tantum diligamus, qui nos amant, nobisque utiles sunt: nos illis tantum subjicit, qui potentiores sunt nobis, & e contra suadet, ut quantum fieri possit, aliis dominemur: Sed Charitas amore, & submissione sua omnes complectitur. Omnes respicit tanquam ope-

Omnia legia præcepta sola Charitatis præcepto continentur.

Nulla opera bona sunt nisi Charitatis condita-

Amor Proprius non in verbis, sed in operibus consistit.

opera Dei, quem adorat, tanquam Salvatoris sui sanguine redemptos; tanquam vocatos ad Regnum ad quod contendi. Hæ qualitates faciunt, ut eos amet, immo ut illos tanquam Dominos a nobis haberi jubeat; quandoquidem ipsi nos nimis beatos existimare debemus, cum in minimis etiam rebus operam nostram impendimus membris JESU CHRISTI, & Electis Dei. Ipsa igitur possidet in se veros urbanitatis fontes, videlicet amorem, interiorumque erga alios submissionem, quos cum extrinsecus profert; hæc naturalis est effusio motuum, quos imprimit in corde. Specimina Ethicæ. Tomo 2.

Libentius illi opem ferimus, qui citra culpam calamitosi patiuntur. Tamea ex calamitosi magis plorandi sunt, qui suam amant calamitatem. Nos aliter judicamus, atque ob errorem hunc corri-

gendum Dei Filius ait: *Esote misericordes, sicut Cælestis Pater vester cælestis misericors est.* Ille eorum miseretur, qui soli sunt malorum suorum auctores; ut miseretur peccatorum, ac attentior est necessitatibus eorum, quam illis hominum aliorum. Æque igitur misereamur malorum & amicorum, & inimicorum nostrorum, ac parati sumus ad opem utrique ferendam, ut imitemur misericordiam Patris nostri, qui in Cælis est qui pluit super iustos, & peccatores. Misericordia, o Salvator! quam a nobis requiris non est proflus humana, & naturalis; sed divina, & supernaturalis, quæ oritur ex Charitate, & ab eadem animata est; denique misericordia quæ pro exemplari habeat Patris cælestis misericordiam. P. Segneri in Meditationibus.

Cælestis misericors est, ut esse debet, & sine exceptione. Luc. 6. Ibidem.

AMOR SUI.

Inordinatus amor sui ipsius, utilitatis suæ cura, Præceptum quo nosmet odisse jubemur, &c.

MONITUM.

QUANTUMVIS vestrum, atque indeterminatum primo aspectu hoc videtur argumentum, peccati tamen concionis fieri materia potest, ubi Amor Proprius in scriptis consideretur, quin latus evagetur in effectus illius, qui plurimi profecto sunt, & quorum non pauci vitarum concionum esse possunt argumentum. Notandum itaque

Primo, Amorem Proprium nomine tenus, vel ad summum ex varia contra divinam Legem agendi ratione a Conspicentia distingui. Conspicentia enim, quæ peccati Originalis effectus est, ea est propensio, ac naturale studium, quo ad sensibilia rapimur bona, ibi nonnem referamus, & nosmet in rebus omnibus, quæ se nobis obiciunt, persequi amur.

Secundo, Amorem Proprium, de quo hic sermo, non esse omnino idem ac Amorem sui; prior enim in sequentem partem accipitur, nec unquam culpa vacat, semper enim inordinatus est amor sui; alter vero virtus est, ubi rite instituitur; quandoquidem in ordine Charitatis nos post Deum obtineat apud nosmet ipsos locum debemus.

Tertio, Quamvis aditui ut Amor proprius radicitus convellatur, atque evertatur, idem sit ac mortificationem exercere, affectus subigere, seipsum vincere, atque corruptæ naturæ studiis adversari; hoc tamen Proprii Amoris nomen, quod magis est generale, locum præbet, ut magis directe vitia omnia, tanquam in unum redacta simul in agantur, & latis amplam ad dicendum suppeditat copiam, quin evagetur verba faciens de sensuum mortificatione, effectibus, propria voluntate ceterisque rebus, quæ aliquam cum hoc argumentum similitudinis rationem habere possent.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum in hoc argumento Structure.

Robari potest Amorem Proprium infestissimum esse animæ nostræ inimicum, quoniam maximum statuit obicem. 1. Salutis nostræ. 2. Perfectionis Christianæ, idque præsertim in statu Religioso; unde inferendum, nobis toto vitæ nostræ tempore adlaborandum, quantum in nobis est, ut illum eradiceamus, eique irreconciliabile bellum inferamus. Pars Prior. Fidelis, ut salutem suam operetur in id generatim debet incumbere, ut a malo divertat, & bonum faciat. Inordinatus autem Amor sui (qui proprie loquendo non aliud est, quam concupiscentia illa, & naturale studium erga sensibilia bona, quod nobis ingenitum est, & nobiscum semper perseverat, tunc etiam cum originali peccatum per sacram Baptismatis undam ablutum est) Amor, inquam, inordinatus sui, quem Amorem Proprium dicimus, nos ad malum rapit, ideoque nobis est gravissimus, atque perniciosissimus hostis; primo, quia ipse principium est malorum omnium, hoc est omnium peccatorum, ac vitorum, quæ maximum, & unicum sunt nostræ salutis obstaculum. Ipse igitur est primus inimicus nostrum omnium, & qui ceteros deinceps in prælium accersit. 2. Domesticus est inimicus, qui in nobis castra sua possit, inquit nobiscum quocumque gerimus, qui nostræ infestus est naturæ, & ideo qui non nisi cum nobis extinguitur. 3. Inimicus est callidissimus, & ad fallendum aptissimus, atque ac pertinacissimus. 4. Inimicus non nisi ma-

xima cum difficultate superandus, qui infirmari, & subigi quidem potest, omnino deleri non potest. Hinc arguendum est, hunc majorem salutis nostræ obicem esse, quam institutionem, quam pravam ingenium, quam pravum exemplum; hæc enim omnia vim non habent, ut nos in interitum tradant, nisi quatenus amorem proprium fovent, alunt, & nutriunt.

Alterum, quod est omnino ad salutem necessarium est facere bonum: Declina a malo, & fac bonum. Psal. 3. Nemo Fidelis de hoc potest ambigere; licet in praxi plurimi a se præclare gestum putent, nisi ea patriverint scelera, ac nefaria peccata, quæ & superi, & Mortales odere; alteram vero officii partem negligant, quæ est bona opera exercere, ad quæ adulti non minori necessitate tenentur; unde communis & vulgata illa exititit diviso præceptorum in negativa, quæ obligant semper, & ad semper, & in positiva, quæ quibusdam tantummodo in occasionibus, & circumstantiis obligant. Hoc positum quinam potest ambigere, quo minus amor proprius maximum sit obstaculum christianarum virtutum exercitationi? 1. Nos inde avertit difficultatibus, vel scilicet, vel scilicet, quæ vel occurrunt, vel metuantur, eadem enim animi propensio, quæ efficit, ut nostra inquiramus commoda, efficit quoque ut labore, ac difficultatem effugiamus. 2. Omnia corrumpit bona opera, quæ necessario operari debemus, ibi propriam gloriam, hominum approbationem, illis pla-

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

placendi cupiditatem, vel aliam quamlibet humanam rationem inquirentes, cum eadem propter Deum, vel bonam aliquam causam efficere teneantur. 3. Optima etiam opera, quae in se verelaudis sunt digna, in gravissima convertit scelera, quae zeli cura, pro Dei gloria susceptae nomine regit &c.

Pars altera. Amor proprius maximus est eius perfectionis obstaculum, ad quam nobis est contendendum, & quam Deus perit a nobis eo in statu, in quo nos Divina Providentia constituit. Ut hoc nobis persulfum sit, notandum est, perfectionem, cui adipiscenda adinrendum est, in tribus rebus positam esse, videlicet in affectuum omnium mortificatione, in sedula, ac regulari omnium status sui officiorum observantia, ac tandem in fervore charitatis, quae efficit, ut cum gaudio, sancta letitia, ac pari celeritate in vita Sanctitatis ambulemus. Tribus autem hisce rebus amorem proprium adversari, facile probari potest: 1. Quod spectat ad affectuum mortificationem: neque enim dubitandi locus est, quominus ille perfectissimus confensus sit Christianus, ac Religiosus, qui illis dominatur, qui constanti, ac jugi mortificatione illos omnino perdomuit. At quidnam est Amor proprius, & quam in re sese prodit? in quo ille consistit, nisi in hoc, quod affectuum suorum sequatur motus, cupiditibus suis satisficiat, atque in affectionibus inordinatis nullam rationem, nullumque modum retineat? 2. Si in eo posita est perfectio, ut ad unquam, & diligentissime status quique sui adimpleat officia; numquid amor proprius ibi torquetur cum nulla modo pati possit, hanc vivendi rationem, quae ipsi adversatur, eumque coercet? 3. Quod pertinet ad fervorem qui ad perfectionem acquirendam requiritur, & qui efficit, ut animus numquam fatigetur, sed constanter suum stadium percurrat: quis ignorat amorem proprium, propter quem voluptates, bona, & commoda nostra diligimus, nos in-gnavos, atque inconstantes effici? &c.

II.

1. Amor proprius oppositus est amori, quem Deo, Proximo, nobisque metipsis debemus, omnemque charitatem evertit. 2. Oppositus est gratia, seu habituali propter criminiosam praelationem, qua nos, resque nostras, Deo, divinitique rebus anteferimus; seu actuali, cum caelestis reitricum afflatus, vel illis resistitur, ut naturale studium sequamur, quo ab bona sensibilia rapimur. 3. Oppositus est virtutibus omnibus, omnibus bonis operibus, omnibusque pietatis actionibus, ne sibi vim inferat, quae necessaria est ad eam difficultatem, laboreque superandum, qui cum recta vivendi ratione conjunctus est.

III.

Amor proprius, & amor sui non semper est vitium, & idem, licet uterque satis crebro confundatur; quemadmodum enim superius admonuimus, amor sui, ubi ordinatus ac rite institutus sit, virtus est, & charitas, quam sibi quisque debet; at amorem proprium semper intelligimus concupiscentiae perturbationem, qua rapimur, ut rem, voluntatemque nostram queramus. Hac explicata difficultate ad Auditorium instructionem, ac spirituales directionem ostendi potest: 1. Quid amor proprius habeat commune cum charitate, quam nobismetipsis debemus, ut detegantur fraudes, ac doli inordinati huius amoris, quibus fallimur, atque decipimur, ac semper nobismetipsis invigilemus, ne nobis auferat bonorum operum fructum, & meritum. Primo quidem nihil potere videtur quod non sit fas, ac deceat; sed non subsistit in illis, quae sibi proponit, sensim cancellos, quos sibi circumscripterat latus protendit, atque perniciosas aperit vias &c. 2. Non differat quaedam statuere principia, & praeferre cogitationes palam nefarias. Hoc etiam explicandum est, & periculiendum; ut liquido innotescat discrimen illud, quod inter utrumque hunc amorem interest, quorum alter aequus est a Deo imperatus, alter iniquus, & Evangelica lege prohibitus; nec non offendendum, quamnam sint verae notae, quibus dignoscuntur, ut alter quidem confirmetur, alter vero evellatur.

Amor ut plurimum exhibetur oculis vitia obnuptos habens, ut cæcus esse intelligatur, sed quod Ethnici de amore generatim dixere, liquido in amore proprio deprehenditur, qui omnes ferme homines excaecat caecitate eo magis funesta, atque periculosa, quo minus cognoscitur, atque intelligitur. Ut autem in liquido appareat, & medicina ei afferatur morbo, qui insanabilis videtur, cum Tertulliano animadvertendum est, duplicem esse caecitatis speciem, quae amori proprio conveniunt: videlicet: non videre quod est, & videre, quod non est. 1. Non videre quod est. Amor proprius efficit, ut defectus nostros non intueamur, licet ab omnibus palam videantur: ideoque ut illos exuamus alienis oculis utendum est, ac amicorum consiliis, & hortationibus eorum, qui in nos auctoritatem obtinent, fidendum est. 2. Videre quod non est. Auget virtutes nostras, talenta, perfectiones, ac nos nobismetipsis exhibet longe alios ab iis, qui sumus. Ex duplici hac caecitate proficitur superbia, atque arrogantia, quae prohibent ne nosmetipsos agnoscamus; ita ut de his gloriamur, quae non habemus, vel quae laudem non merentur; neque nos pudeat eorum, quae efficere debent, ut humiliter de nobismetipsis sentiamus. 1. Amor proprius est origo, causa, & principium vitiorum omnium, quemadmodum vera charitas ex D. Augustini sententia causa est, atque principium virtutum omnium, quod donec sequimur huius inordinati in nosmetipsis amoris motus, nunquam vitia nostra relinquimus, neque defectus nostros emendamus. Horum etiam tanquam custos, & fulcrum est, non solum principium.

Ut autem in liquido appareat, & medicina ei afferatur morbo, qui insanabilis videtur, cum Tertulliano animadvertendum est, duplicem esse caecitatis speciem, quae amori proprio conveniunt: videlicet: non videre quod est, & videre, quod non est. 1. Non videre quod est. Amor proprius efficit, ut defectus nostros non intueamur, licet ab omnibus palam videantur: ideoque ut illos exuamus alienis oculis utendum est, ac amicorum consiliis, & hortationibus eorum, qui in nos auctoritatem obtinent, fidendum est. 2. Videre quod non est. Auget virtutes nostras, talenta, perfectiones, ac nos nobismetipsis exhibet longe alios ab iis, qui sumus. Ex duplici hac caecitate proficitur superbia, atque arrogantia, quae prohibent ne nosmetipsos agnoscamus; ita ut de his gloriamur, quae non habemus, vel quae laudem non merentur; neque nos pudeat eorum, quae efficere debent, ut humiliter de nobismetipsis sentiamus. 1. Amor proprius est origo, causa, & principium vitiorum omnium, quemadmodum vera charitas ex D. Augustini sententia causa est, atque principium virtutum omnium, quod donec sequimur huius inordinati in nosmetipsis amoris motus, nunquam vitia nostra relinquimus, neque defectus nostros emendamus. Horum etiam tanquam custos, & fulcrum est, non solum principium.

Dux etiam concionis partes institui possunt iuxta duplicem hanc Evangelii veritatem, circa quam tota JESU CHRISTI doctrina verti videtur. 1. Amorem proprium verum esse odium sui; cum enim inordinato hoc amore nosmet diligimus, Dei legem infringimus, Domini odium, iram, & ultionem in nos ipsos conlatus, ideoque aeternam damnationem, infelicissimum omnium cumulum. Qui amat animam suam, perdet eam. 2. Odium sui, quale ab Evangelio praecipitur, veram esse erga animam, corpuseque nostrum charitatem; utriusque enim aeternam comparat felicitatem, bonorum videlicet omnium cumulum: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. 3. Amorem proprium aperitissimus est inimicus Dei, evertit enim consilium ipsius, propter quod homo factus est, obicem statuens laetiae nostrae, quae laborum, passionum, & mortis eius finis est. 4. Hic insensibilis est nostrummetipsorum inimicus; non enim solum est fons omnium, quae nobis accidunt mala propter originale peccatum, quod ex ipsa haufimus nativitate, cuius quidem ille particeps fuit; verum etiam scelus omnium, quae actu committimus; Dei enim legem infringimus, ut rem nostram, atque voluptatem queramus. Ut Auditor ad agendum impellatur ob rationes christiano homine, ac eo viro dignas, qui aliquis honestatis, atque pietatis sensus est; duplex haec probari veritas potest. 1. Mentem nostram non alia re magis excaecari, quam amore proprio, qui omnia ad seipsum refert; ideoque illum sequi ducem, & tanquam viam normam sectari idem esse ac vitam incertam, injustam, ac infelicem efficere. Hoc in prima parte videndum est. 2. Cor nostrum non alia re magis corrumpi, quam hoc ipso amore proprio, qui res suas omnibus antefert cogitationibus tum Dei, ac Religionis, tum Proximi iis in occasionibus, ubi eorum nobis ratio habenda est diligentissime. Ita caecitas mentis, & cordis corruptio cum sint geminae effectus, qui summetipsorum amatores & coram Deo fontes, & coram hominibus invisos praebent, concionis etiam partitionem efficiunt. Quaritur cur concupiscentia, & amor proprius, quem liquet originalis peccati effectum, immo etiam penam esse, adhuc in omnibus perferat hominibus, postquam peccatum illud deletum fuit; & vulgo respondent, ut virtuti nostrae exercitationis campus praebatur, quae alioquin nullum haberet.

V.

VI.

VII.

VIII.

Sacri Patres.

Affectus alique.

ret hostem, quem oppugnaret, nullam difficultatem, quam superaret, ideoque nullam occasionem sibi inveniendi, ad caelum, aeternamque felicitatem promerendam, quandoquidem post primi parentis peccatum Caelum nobis non nisi tamquam merces, ac primum promissum est. Ceterum cum hic inordinatus amor nostrum indefinenter salutem nostram in discrimen adducat, hoc in sermone haec duo offendam. 1. Nobis iustitiam esse causam metuendi domesticum huius inimici, cavendi ne ab illo fallamur, & quomodo ea evitare possimus mala, quae nobis potest inferre. 2. Bona, quae inde acquirere possumus. 1. Ut videamus rationes, propter quas inimicum adeo periculosum metuere debeamus, eique minime adhibere fidem, sufficit inimici huius qualitates ad examen vocare. Interior est, domesticus est; dominus est quodammodo arcis, quam obidet; sibi devinctus habet creaturas omnes, omniaque exteriora objecta; plurimum habet dolos, & fraudes, quibus diligentissimam etiam fallat vigiliantiam, secretam fovit cum ipsis animae nostrae facultatibus conjunctionem, quae solae ipsum reprimere possunt, ac tandem nos undique aggreditur. 2. Bona, quae inde acquirere possumus, probantur, quia in singula momenta occasionem tribuit asserenda, atque vitanda nostrae erga Deum fidelitatis, semper virtutum, & meritis proficiendi, acquirendi conscientiae requiem, & pacem victoribus, quas reportamus, ac denique coronas coronis pro caelesti gloria quotidie accumulandi.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque unde hauriri queat rerum copia ad has concionum structuras exornandas.

Sacri Patres. Sanctus Augustinus lib. de substantia amoris ostendit, amorem insatiablem esse esse in duos fluvios dividens, quorum alter charitatem, alter cupiditatem, vel amorem proprium constituit. Idem l. 14. de Civit. c. 28. elegantem instituit allegoriam, qua sub Hierosolymam, ac Babylonis nomine de duplici amoris genere loquitur, quorum alterum bonum est, amorem videlicet Dei, alterum malum, hoc est amor sui inordinatus. Idem tract. 123. in Joann. haec S. Pauli explicans verba: Erunt homines seipso amantem, ostendit omnia vitia, de quibus illic Apostolus loquitur, ex hac amoris proprii origine fuisse profecta. Idem in Psalmum 123. qui incipit, Ad te levavi oculos meos ostendit illum vere placere Deo, qui displicet sibi. Idem, vel quicumque auctor est libri de Spiritu, & Anima ostendit esse amorem sui rite, vel secus institutum, virtutes, & vitia procedere. Sanctus Bernardus Serm. 1. de Resurrect. Domin. acriter invehit adversus propriam voluntatem, quae idem est ac amor proprius, vel saltem ejusdem effectus. Granatenis passim de amore proprio verba facit in Peccatorum Duce, l. 2. c. 6. ubi ostendit peccata omnia ex D. Thomae sententia originem ab amore proprio duxisse: in Memoriali lib. 7. cap. 1. ubi ostendit, amorem proprium potissimum esse obstaculum ad Deum diligendum, atque in divini amoris acquirendi rationem esse amoris proprii victoriam. Alvares de Paz Tomo 2. egregium, prolixumque tractatum habet de Amoris proprii mortificatione. Thaulerus Conc. 2. de Sanctiss. Sacram. ostendit fieri non posse, ut cor Deo adhaereat, nisi amore proprio vacuum fuerit. Julius Fatus. De mortif. Considerat. 5. Drexellius, in recta intent. l. 2. c. 6. Nicolaus Lancinus Opus. 10. c. 17. Bernardinus Rosignolius de Discip. Christi. Perfectione. Thomas Stapletonus Conc. 10. in Dominic. 1. Quadrages. Raynerius de Pisis. Titulo, Amor generalis. P. Senault in usu Passionum parte secunda, sermone secundo, ubi de pravo Amoris usu loquitur, & sermone quinto, ubi de usu Odii verba facit.

Idem in Homine Criminoso s. Sermone, ubi de Concupiscentiae natura loquitur, ostendit mala, quae amor proprius gignit, & sermone 7. probat amorem proprium non aliud esse, quam ipsam concupiscentiam. P. Saint Jure in lib. cui titulus Homo Religiosus cap. 8. ubi verba facit de annihilatione sui ipsius, fulius loquitur de amore proprio. P. Camaret libro, qui inscribitur, Purus atque Perfectus Christianismus obstaculo 4. ad Domini nostri imitationem hoc argumentum funditus pertractavit. In libro cui titulus Les Essais de morale Tomo 3. Tractatus secundus circa Charitatem, & amorem proprium veritatem. P. Guilloire lib. 2. ubi agit de viis, quae ducunt ad Deum, axioma quarto loquitur de sui destructione, quod de amoris proprii everfione intelligendum est. P. Du Sault Tomo secundo Operum Spiritualium, Tractu, cui titulus Spiritualis institutio Considerat. 11. & 12. loquitur de amore sui ipsius. Pean Tomo tertio Spiritualium sermonum, unum habet de amoris Proprii, & alium de propriae voluntatis mortificatione. Liber, cui titulus Ars cognoscendi seipsum, peculiariter de amore proprio agit, qui prohibet, ne quis seipsum bene norit. Ex concionationis inventi neminem praeter auctorem sermonum in omnia Moralis Christianae argumenta, quae hac de re sermonem induit sub titulo l'Esprit d'Interet. Invenitur autem como secundo Argumentorum particularium. Granatenis in locis Communibus Labata in Thesuro Lohner Spaner Poliantbea Sacra Bufcus in Panario Titulo Amor Proprius, Qui collecta edidit derant.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & Bibliorum applicationes huic argumento.

Sanctus Augustinus lib. de substantia amoris ostendit, amorem insatiablem esse esse in duos fluvios dividens, quorum alter charitatem, alter cupiditatem, vel amorem proprium constituit. Idem l. 14. de Civit. c. 28. elegantem instituit allegoriam, qua sub Hierosolymam, ac Babylonis nomine de duplici amoris genere loquitur, quorum alterum bonum est, amorem videlicet Dei, alterum malum, hoc est amor sui inordinatus. Idem tract. 123. in Joann. haec S. Pauli explicans verba: Erunt homines seipso amantem, ostendit omnia vitia, de quibus illic Apostolus loquitur, ex hac amoris proprii origine fuisse profecta. Idem in Psalmum 123. qui incipit, Ad te levavi oculos meos ostendit illum vere placere Deo, qui displicet sibi. Idem, vel quicumque auctor est libri de Spiritu, & Anima ostendit esse amorem sui rite, vel secus institutum, virtutes, & vitia procedere. Sanctus Bernardus Serm. 1. de Resurrect. Domin. acriter invehit adversus propriam voluntatem, quae idem est ac amor proprius, vel saltem ejusdem effectus. Granatenis passim de amore proprio verba facit in Peccatorum Duce, l. 2. c. 6. ubi ostendit peccata omnia ex D. Thomae sententia originem ab amore proprio duxisse: in Memoriali lib. 7. cap. 1. ubi ostendit, amorem proprium potissimum esse obstaculum ad Deum diligendum, atque in divini amoris acquirendi rationem esse amoris proprii victoriam. Alvares de Paz Tomo 2. egregium, prolixumque tractatum habet de Amoris proprii mortificatione. Thaulerus Conc. 2. de Sanctiss. Sacram. ostendit fieri non posse, ut cor Deo adhaereat, nisi amore proprio vacuum fuerit. Julius Fatus. De mortif. Considerat. 5. Drexellius, in recta intent. l. 2. c. 6. Nicolaus Lancinus Opus. 10. c. 17. Bernardinus Rosignolius de Discip. Christi. Perfectione. Thomas Stapletonus Conc. 10. in Dominic. 1. Quadrages. Raynerius de Pisis. Titulo, Amor generalis. P. Senault in usu Passionum parte secunda, sermone secundo, ubi de pravo Amoris usu loquitur, & sermone quinto, ubi de usu Odii verba facit.

DE Fide est, originale peccatum malorum omnium Per omnium fontem esse, atque principium: sed rem pro si recte perpendimus cujus naturae fuerit primum peccatum illud peccatum, cujus omnes homines poenas launt, innotescet fuisse amorem proprium primi parentis, Creatorem qui explicito Dei praeepto suam praetulit voluptatem, maluitque suam explorare cupiditatem, qua se cavie. Deo similem futurum opinabatur boni, ac mali scientiam acquirens iuxta suae conjugis votum, quam Deo illam, quam debebat, suae mentis, atque animi submissionem, obedientiam, honoremque praestare.

Qui

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

ne oderis, tunc amasti. Noli amare in hac vita, ne perdas in eterna vita. Idem, tract. 51. in Joann.

Dilige amare te, non amando te. Idem. Prima hominis perditio fuit amor sui. Idem, Serm. 47. in c. 7. Matth.

Si totum hominis bonum est amare Deum, totum hominis malum erit amare seipsum. Idem cap. 26. Manual.

Fecerunt civitates duas amores duo; terrenam scilicet, amor sui usque ad contemptum Dei; celestem vero, amor Dei usque ad contemptum sui: illa in seipso, haec in Domino gloriatur. Idem, lib. 14. de Civit. c. 28.

Nescio quo inexplicabili modo, quisquis seipsum, non Deum amat, non se amat; & quisquis Deum, non seipsum amat, ipse se amat. Idem, tract. 123. in Joann.

Vitium illud (amor sui) maxime cavendum, a quo tanta mala procedunt. Idem, ibidem.

Fieri non potest, ut seipsum, qui Deum diligit, non diligit; imo vero solus se novit diligere qui Deum diligit: siquidem ille satis se diligit, qui sedulo agit, ut summo & vero perficiatur bono. Idem, l. de moribus Eccles. c. 26.

Anima per odium mundi & sui, proficit in amorem Dei & proximi. Idem, sive quis alius Auditor, lib. de spiritu & anima.

Majus est contemnere seipsum, quam mundum, quem multi propter vanitatem contempserunt. Idem, ibidem.

Tibi Deus placere non poterit, nisi tu tibi displicueris. Idem, in Psalm. 102.

Cum recte diligimus, nihil in rebus conditit, anima nostra carius amamus. Greg. l. 3. Moral. in Job 11.

Scimus quia vehementer claudis oculos cordis, amor privatus. Idem, Homil. 4. in Ezechiel.

Fortasse laboriosum non est hinc relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum: minus quippe est abnegare quod habet, valde autem multum est abnegare quod est. Idem, Homil. 32. in Evang.

Tanto amplius se quisque amat, quanto amplius se pro Deo amare non amat. S. Leo.

Quam difficile reperimus qui ordinato amore vult diligere se! Nemo certe diligit se, qui Dei mandata negligit, qui ipsius voluntatem implere non satagit. Laurent. Justinian. de Discipul. Monach. cap. 22.

Ille profecto sanctus est, qui voluntati propriae renunciat. Joannes Climacus.

Fuge sanguisugam hanc, & omnia vel quibus: haec enim omnia trahit ad se: pone hanc, & jugum quam multiplex abiecit. S. Bernard. Serm. 71. in Cantic.

Stipendium amoris proprii mors est; initium omnium mali. S. Basilus.

Scito quod amor tui ipsius magis nocet tibi, quam aliqua res mundum. Ex lib. de Imitat. Christi, l. 3. cap. 27.

Ex hoc vitio, quod homo seipsum nimis inordinate diligit pene totum pendet, quidquid radicaliter vincendum est; quo devotio & subactio, pax magna & tranquillitas erit continua. Idem, l. 3. c. 52.

Melior & sanctior nostri amor locum in nobis accipiat; nec enim fuerit quo intrat ad te amor Dei, nisi exulet amor tui. Idem, l. 3. c. 5.

Non se diligendo magis diligit, qui propterea non se diligit, ut eum diligit, de quo vivit. S. August. Serm. de S. Laurentio.

Habent parvuli originale peccatum, non per animam, sed per carnem usque contrarium, animaque seipsum; carni namque ita unitur anima, ut cum carne sit una persona. Idem, l. 6. contra Julianum.

Concupiscentia seu libido, nihil est aliud quam rei creatae desiderium, cujus impetus mortiferus, anima ante gratiam patitur, invidia compellitur pati post gratiam. Idem.

Concupiscentia nato quidem inest, & obest; renato autem inest quidem: sed obesse non potest. Idem, l. 3. de Gratia & Peccato, c. 38.

Peccatum vocatur (scilicet concupiscentia) quod & peccato facta est, & quod peccatum, si vicierit, facit. Idem, l. 1. ad Bonifac. c. 23.

Admodum legitime factum est, ut homo, qui non sibi obedire Domino suo, non ei servit caro eius. Supra te Dominus tuus, infra te caro tua; servi peccatori, sed servit tibi in se. or: contempisti superio-

rem; torqueris ab inferiore. Beda, in Epist. ad Rom. cap. 8.

Hoc peccati nomine appellat, unde oriuntur cuncta peccata; id est ex carnali concupiscentia: quidquid enim est peccatorum, in diis & cogitationibus, in factis, non exoritur nisi ex mala cupiditate. Idem, ibidem.

Lex peccati dicitur concupiscentia, quia suadet peccata, atque ut ita dixerim, jubet. August. l. 1. x. operis imperfecti.

Nonne hinc apparet, in quod velut pondere suo, proclivis & prona sit vitiosa natura? August. l. 22. de Civit. c. 22.

Voluntatem dico propriam, quando quod volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus. Bernardus, Serm. 3. de Resurrect.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia ad hoc argumentum depromi valeat.

Amor proprius, generatim loquendo non aliud est, quam naturale studium voluntatis, quo rapimur ad id inquirendum, quod nobis utile commodumque fore censemus; quamobrem amor concupiscentiae vocatur, ut distingatur ab amore gratitiae, quo bonum aliquod cupimus, non propter nos quatenus nobis est utile, sed quatenus utile est alteri cuiquam, quem benevolentiam complectimur.

Ne quid in hoc argumento confundatur, duplex distinguendum est amoris proprii genus, quorum alterum rationi conforme, iustum est, & rectum, charitas videlicet, quam nobismetipsos debemus; iniquum alterum, cum nosmet inordinate diligimus, atque in id unum incumbimus, ut per fas, & nefas cupiditatibus nostris satisfaciamus. Hoc in sensu amor sui plerumque usurpatur, licet generatim in utramque partem accipi queat. Amor sui ordinatus, & conformis Legi Dei naturali precepto jubetur, quod JESUS CHRIS TUS (suppositivus videtur precipiens, ut Proximum tanquam nosmetipsos diligereemus: inde enim sequitur, nos profectus, immo debere rationabili amore nos prolequi; quandoquidem ratio amoris, quo Proximum diligendus est, illum statum tanquam exemplar, ac normam. Neque mireris, quod Deus nullum expresse preceptum irrogaverit amoris huius erga, ac rationabilis, quem nobismetipsos debemus vel in veteri, vel in nova lege; cum quippe satis doceret naturalis; verum necesse fuit prohibere nimirum eisdem amoris effectum; quod enim ad principium ejusdem attinet, nobiscum natum est, & naturae nostrae quodammodo insitum.

Hinc sequitur, quemadmodum Fides, Theologia, & experientia nos docent, hunc amorem proprium, quatenus in malum, ac sensibilia bona nos rapit, esse in omnibus hominibus generatim, quin aliquis, una excepta Dei Matre, quantumvis sanctitate, & gratia flourerit, eodem immunis in hac vita fuerit, vel sit; hic enim est originalis peccati effectus, qui omnem naturam humanam corruptit atque perturbavit: (in quo omnes peccaverunt, Sanctus Paulus inquit) & huius peccati effectus adhuc permanet in nobis post Baptismum. Hinc inferendum est quemlibet hominem in omni, & toto eo quod est, esse corruptum, animam cum omnibus facultatibus suis, corpus cum sensibus omnibus esse perturbatam, ac totum hominem in auram fecisse rectitudinis ejus, qua originalem iustitiam servare poterat; & illius facilitatis, qua ad Deum omnibus factis, votis, & cogitationibus poterat eveli. Ita amor, quo seipsum prosequitur, non solum permanet semper, sed in illo radices jecit, ac seque tanquam virus effudit in omnem animam, & corpus, & ipsam etiam illius essentiam pervasit, cum nulla sit actio vel anime, vel corporis, vel interior, vel exterior erga Deum, erga nos, erga Proximum nostrum, erga quamlibet creaturam, ubi amor proprius se non immisceat, ac suum venenum inpergat.

Quamvis Theologi concupiscentiae tot affixerint nomina, quot peccatorum est causa, & quilibet illam exhibeat prout vel in alio deprehendit, vel in seipso experitur, in hoc tamen omnes consentiunt, inter omnia illius nomina hoc amoris proprii esse praestantissimum, ac praeter ceteris melius ejusdem naturam exprimeret. Quemadmodum enim

Amoris proprii notio, & definitio.

Duplex amoris proprii species, altera proba, altera improba.

Amor proprius non aliud est, quam concupiscentia.

Charitas virtutes omnes complectitur, ita amor proprius omnia vitia comprehendit; quemadmodum Charitas nos Deo coniungit, ac nos a nobismetipsis dividit, amor proprius illius inimicus nos a Deo separat, ac nobismetipsis adnectit, quemadmodum denique Charitatis nihil antiquius est, quam Deum amare, & ut ab omnibus ametur, etiamque ut ab omnibus non violentius in homine gignit desiderium, quam ut seipsum diligit, efficiturque ut ametur ab omnibus, & omnes illius cupiditatibus velicentur.

Voluntas nostra cum propter libertatem, & imperandi facultatem sibi a Deo concessam, sit tanquam omnium facultatum nostrorum motrix, & quidquid in nobis est, ab illa ejusque mandatis pendet; illius error pro amoris proprii errore saepe desinitur; & profecto quidquid amoris proprio tribuitur, reciproce tribui potest propriae voluntati, uterque eadem mala parit, eisdem gignit effectus; ideoque Sancti Patres, atque Theologi passim utrumque confundunt, ut dictum est, ita ut, vel unum, & idem sent, vel alterum ex alterius motu operatur, & utrumque eadem cura regere oportet.

Inde autem fit, ut amor proprius perniciosissimus sit inimicus noster, quod licet in nobis sit, atque, ut ita dicam, nobis medullitus inherreat, tamen adeo occultus, & abditus est, tam callide, atque subdole se ipsum tegit, ut oculos nostros fallat, & summa cum difficultate deprehendatur, primum enim, quod animae inferat malum, cecitas est, ne videat artes, quibus utitur, ut eo, quo contendit, perveniat, ita ut sine peculiari Dei gratia, atque lumine speciali, illum animae detegere nequeat tunc etiam, cum agit ex illius consilio, episcopo sequitur motus. Quae cum ita sint, illa nequaquam omnes fas exerit vires, ut, quem non novit, evertat; immo saepe illum virtutem esse putans, fovet, & nutrit.

Quamvis amor proprius omnino charitati adversetur, vel potius illius sit aperitissimus hostis, nihil tamen adeo charitatis effectus imitatur, quam effectus amoris proprii; ita enim eadem inhihit via, ut illa, in quam charitas nos impellere debet, melius nequeat intelligi, quam si illa videatur, quam amor proprius suam gratiam utilitatem, atque ad finem; quem sibi proposuit contentens amplectitur. Bonum cupit, odit malum; querit, capite confilia, quibus illo quidem fruatur, hoc autem enigmat; zelum furore, ne suum testatur, ut propositum sibi finem assequatur, nunquam fatigatur, bonum a malo scite discernit, & electio conscientiam, quibus utitur, satis ostendit, eidem conscientiam, atque prudentiam non desesse. Totum ergo inter utrumque discrimen positum est in causa, & fine, quae ex duabus actionibus, quae eadem profus videntur, alteram virtutem, alteram virtutem constituit; exempli gratia; charitas alienis subvenit necessitatibus propter Deum, qui jubet beneficiis suis nos referre gratias proximo ferentes opem: similiter illis amor proprius optulatur propter speciem utilitatem: quae actionum conformitas? Certe dici potest, nulla esse bona opera, quae nobis suadet charitas Deo placere studens, quae ipsa amor proprius suadere minime possit; ut hominibus placeamus. Itaque unus est acutus, & perspicax oculus Dei, qui exterius non afficitur specie, sed judicat de intentione, & qui bonum a malo, & a vitio virtutem discernit.

Deus unus, qui universa creavit; cum rebus omnibus tribuerit essentiam; illas extra se produxit, tanquam eorum principium, & propter se, tanquam eorum ultimum finem: universa propter se operatus est Dominus. Ita in innocentiae, & rectitudinis statu, in quo a Deo creatus fuerat homo, quemadmodum a Deo proficerebat; ita recte tendebat ad Deum, ac seipsum cum omnibus facultatibus suis ad illius gloriam referebat; voluntas ipsius Deum super omnia diligebat, atque ad illum actiones, voraque omnia dirigebat. Deu comedisset, seu quiescisset, seu aliud quodpiam fecisset, ita dispositus erat, ac si secundum naturae suae propensionem in ea rectitudine creatae sibi in rebus omnibus proposuisset Deum tanquam finem suum, & non quaevisisset se ipsum. Peccatum vero rectum hunc ordinem subvertit, atque admirabilem hunc concentum perturbat, ita ut homo qui cum in primo illo statu rectus esset, Deum suum super omnia diligebat, & ad supremum hujus

Houdry Bibl. Tom. I.

Entis gloriam seipsum, & omnia referere, mox erga seipsum incurvatus se magis quam Deum, & reliqua omnia diligit, atque huius amoris proprii vi sibi uni vacat, se unum cogitat, ac in rebus omnibus se unum perquirat.

Vera, & immediata peccati causa inde repetenda est, quod cor nostrum inordinate creatur, vel fluxu, & perituro alicui bono adhaeret, idque in causa est, ut actio quaelibet criminosa procedat ex inordinato boni alicujus naturalis amore, qualis est voluptas, divitiarum, honores. Haec sunt ipsissima S. Thomae verba l. 2. qu. 77. art. 4. ad 5. Inordinatus amor sui est causa omnis peccati: in amore autem sui includitur appetitus boni, unusquisque enim appetit bonum ei, quem amat, unde manifestum est, quod inordinatus appetitus boni est causa omnis peccati. Dixerat autem superius. Quod autem aliquis appetat inordinate aliquod temporale bonum, procedit ex hoc, quod inordinat amare seipsum: hoc enim est amare aliquem, velle ei bonum. Unde manifestum est, quod inordinatus amor sui est causa omnis peccati.

Amor proprius quodam in sensu est, quaelibet passio, quodlibet vitium, & quodlibet peccatum: est enim inordinata affectio bonorum cupiscentumque generis, quae sensus, imaginationem, appetitum, mentem, animumque illicent; idque contra conscientiam, quodcumque obest interdictum, quodcumque imminet periculum laedendi Deum, & Proximum; & contra odium est eorum omnium, quae sensibus, commodis, voluptatibusque propriis opponuntur. Desiderium est boni, quod non obtinetur, & quod cupitur, & fuga eorum omnium, quae dolorem tadumve in Divinae legis observantia possunt afferre. Timor est mali, quod praevideatur, ac imminere putatur, quod aequo animo, ac libenti serendū esse secundum Deum; ideoque simul est temeritas flocci faciens eas omnes difficultates, eosque labores, qui ferendi sunt, ut quis fibimet satisfaciatur. Ira est, quae furit in id omne, quo prohibetur, vel quod optati boni possessionem, vel differt, vel praecipit. Gaudium est, quod in ejus boni possessione percipitur quod vel nefas est, vel fas tantum, si referatur ad Deum; eademque de causa tristitia est, vel dolor mali, quod quis ante patitur, & invidus. Spes est boni, quod nos affectuosos confidimus, licet plurimae obdunt difficultates viribus nostris freti. Adde etiam potest hanc saepius esse desperationem: sed ad extremum hoc malum non perveniri, nisi per excessum amoris, quod cupidissime persequimur, & quod obtinere non possumus. Simili inductione ostendi etiam potest, amorem proprium quodlibet esse vitium, atque peccatum; nonne enim Superbia appetitus est excellentiae inordinatus; Avaritia inordinata appetitus divitiarum; Luxuria delictiois carnis appetitus; Invidia, & zelotypia amor proprius ex alieno bono condolens: Tristitia de bono proximo; Gula, cibi, & potus inordinatus appetitus; Ira amor proprius ultionem querens, appetitus vindictae; Acidia, amor proprii quietis; Tristitia & sedium actionum laudabilium &c.

Si quodlibet vitium est amor proprius, ergo quaelibet virtus est amoris proprii abnegatio; contrarium enim nunquam magis elucescit, quam ex contrarii sui comparatione, si alterum alteri opponatur. Igitur si cognoscitur malum, quod avertit amor proprius, hoc nempe vitium universale privatione boni virtutum omnium, quas auferit, quaelibet virtus spectari debet tanquam amoris proprii destructio, qui insinuat, & aliquam quodammodo sui partem amittit, ubi vitium aliquod singillatim evertitur. Cum autem ille quodcumque irrepit, atque omnibus bonis etiam operibus nostris se immisceat, & parum absit, quominus illas intentiones, quas inspirat; impuritate depravet, atque corruptat, seu in ipso actionis primordio, seu, si non ita feliciter cesserit, in medio, vel fine, opus est, ut quaelibet virtutis habitus corrigat, atque restituet omnes actiones nostras ita ut omne vitium radicibus evellatur, quemadmodum amor proprius iustitiam omnem convellere adnititur.

Spiritualis vitae Magistri absolutissimum, quam anima de amore proprio victoriam reportat, sui abnegationem appellat. Neque ratio deest, cum enim inordinatus amor in anima, & corpore nostro alte adeo radices jecerit, illum impugnare non possumus, nisi omnium facultatum animae nostrae, sensuumque omnium corporis mortificatione, ne-

Amor proprius est principium omnia peccati secundum D. Thomam.

Amor proprius omnibus virtutibus adversatur.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.